In ſupreme nocte ce
ne recumbens cum fra
tribus: obſeruata le
ge plene cibis in lega
libus: cibum turbe
duodene · ſe dat ſuis
manibus Verbum
caro panem uerum:
uerbo carnem efficit:
fitque ſanguis xpi me
rum: et ſi ſenſus defi
cit: ad firmandum cor
ſincerum: ſola fides
ſufficit Tantum
ergo ſacramentum
ueneremur cernui:
et antiquum documen
tum nouo cedat ritui
preſtet fides ſupplemen
tum: ſenſuum defectui
Genitori genitoque
laus et benedictio: ſa
lus honor uirtus quoque
ſit et benedictio proce
denti ab utroque: ſemper
ſit laudatio · Amen. V.
Panem de celo preſtitiſti
eis al'. R. Omne delectamen
tum in ſe habentem al'. Ad
mag' an' et dr' bis. O quam
ſuauis eſt domine ſpiritus
tuus qui ut dulcedinem
tuam in filios demon
ſtrares pane ſuauiſſimo
de celo preſtito eſurientes
replens bonis faſtidio
ſos diuites dimittis in
anes Sequitur oratio.
Deus qui no
bis ſub ſacra
mento mirabili paſſio
nis tue memoriam re
liquiſti: tribue queſumus ita
nos corporis et ſanguinis
tui ſacra miſteria uenerari: ut
redemptionis tue fructum in nob

iugit'

e-codices

Licenza: PUBLIC_DOMAIN – Zürich, Schweizerisches Nationalmuseum, LM 4624.2, f. 184v – Breviary of Jost von Silenen, <i>pars aestivalis</i> (http://www.e-codices.ch/it/snm/LM004624-2/184v)